

INTROIT Galatians 6: 14

Nos autem gloriári oportet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita et resurréctio nostra: per quem salváti et liberáti sumus. (Ps 66: 2) Deus misereátur nostri, et benedicat nobis: illúmet vultum suum super nos, et misereátur nostri. Nos autem gloriári oportet in Cruce Dómini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vita et resurréctio nostra: per quem salváti et liberáti sumus.

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus: da nobis ita Domínicæ passiónis sacraménta perágere; ut indulgéntiam percípere mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Jeremiah 11: 18-20

n diébus illis: Dixit Jeremías: Dómine, demonstrásti mihi, et cognóvi: tunc ostendísti mihi stúdia eórum. Et ego quasi agnus mansúetus, qui portátur ad víctimam: et non cognóvi, quia cogitáverunt super me consília, dicéntes: Mittámus lignum in panem ejus, et eradámus eum de terra vivéntium, et nomen ejus non memorétur ámplius. Tu autem, Dómine Sábaoth, qui júdicas juste et probas renes et corda, vídeam últiónem tuam ex eis: tibi enim revelávi causam meam, Dómine, Deus meus.

GRADUAL Psalms 34: 13; 34: 1-2

Ego autem, dum mihi molésti essent, induébam me cilício, et humiliábam in jejúnio ánimam meam: et orátio mea in sinu meo convertétur. údica, Dómine, nocéntes me, expúgna impugnántes me: apprehénde arma et scutum, et exsúrge in adjutórium mihi.

GOSPEL Matthew 27: 45-52

Postquam crucifixerunt Jesus, a sexta autem hora tenébrae factae sunt super univérsam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamávit Iesus voce magna dicens Heli Heli lema sabacthani hoc est Deus meus Deus meus ut quid dereliquísti me? Quidam autem illic stantes et audiéntes dicébant Heliam vocat iste. Et continuo currens unus ex eis accéptam spongiam implévit acéto et inposuit harundíni et dabat ei bíbere. Céteri vero dicébant sine videámus an véniat Helias líberans eum. Iesus autem iterum clamans voce magna emísit spíritum. (**Here all kneel.**) Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum et terra mota est et petrae scissae sunt. Et monumenta apérta sunt et multa corpora sanctorum qui dormiérant surrexérunt.

OFFERTORY Psalms 139: 5

Custódi me, Dómine, de manu peccatóris: et ab homínibus iníquis éripe me.

SECRET

Sacríficia nos, quæsumus, Dómine, propénsius ista restáurent: quæ medicínalibus sunt institúta jejúniis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE HOLY CROSS

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti jubeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

COMMUNION Psalms 68: 13-14

Advérsus me exercebántur, qui sedébant in porta: et in me psallébant, qui bibébant vinum: ego vero oratióne meam ad te, Dómine: tempus benepláciti, Deus, in multítúdine misericórdiæ tuæ.

POSTCOMMUNION

Sanctificatióibus tuis, omnípotens Deus: et vitia nostra curéntur, et remédia nobis sempitérna provéniant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PRAYER OVER THE PEOPLE

Humiliáte cápita vestra Deo. Tua nos misericórdia, Deus, et ab omni subreptióne vetustátis expúrget, et capáces sanctæ novitátis efficiat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

But it behooves us to glory in the cross of our Lord Jesus Christ: in Whom is our salvation, life, and Resurrection: by Whom we are saved and delivered. (Ps 66: 2) May God have mercy on us, and bless us: may he cause the light of his countenance to shine upon us, and may he have mercy on us. But it behooves us to glory in the cross of our Lord Jesus Christ: in Whom is our salvation, life, and Resurrection: by Whom we are saved and delivered.

Almighty and eternal God, grant us so to celebrate thy mysteries of our Lord's Passion, that we may deserve to obtain forgiveness. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

But Thou, O Lord, have shown me, and I have known: then Thou showed me their doings. And I was as a meek lamb, that is carried to be a victim: and I knew not that they had devised counsels against me, saying: Let us put wood on his bread, and cut him off from the land of the living, and let his name be remembered no more. But Thou, O Lord of Sabaoth, who judges justly, and tries the reins and hearts, let me see Thy revenge on them: for to Thee I have revealed my cause, O Lord my God.

But as for me, when they were troublesome to me, I was clothed with haircloth. I humbled my soul with fasting; and my prayer shall be turned into my bosom. Judge Thou, O Lord, them that wrong me: overthrow them that fight against me. Take hold of arms and shield: and rise up to help me.

After they had crucified Jesus, from the sixth hour there was darkness over the whole earth, until the ninth hour. And about the ninth hour Jesus cried with a loud voice, saying: Eli, Eli, Iamma sabacthani? that is, My God, my God, why hast thou forsaken me? And some that stood there and heard, said: This man calleth Elias. And immediately one of them running took a sponge, and filled it with vinegar; and put it on a reed, and gave him to drink. And the others said: Let be, let us see whether Elias will come to deliver him. And Jesus again crying with a loud voice, yielded up the ghost. (**Here all kneel.**) And behold the veil of the temple was rent in two from the top even to the bottom, and the earth quaked, and the rocks were rent. And the graves were opened: and many bodies of the saints that had slept arose.

Keep me, O Lord, from the hand of the wicked: and from unjust men deliver me.

May these sacrifices, we beseech Thee, O Lord, which are observed along with health-giving fasts, speedily restore us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death came, thence also life might arise again, and that he, who overcame by the tree, by the tree also might be overcome: Through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy Majesty, the Dominations worship it, the Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

They that sat in the gate spoke against me: and they that drank wine made me their song. But as for me, my prayer is to Thee, O Lord; for the time of Thy good pleasure, O God. In the multitude of Thy mercy hear me.

By Thy holy mysteries, almighty God, may our vices be cured, and everlasting healing be granted to us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow your heads to God. May Thy mercy, O God, cleanse us from all traces of our old nature, and enable us to be formed anew unto holiness. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.